

abbatis sanctae et individuae trinitatis ecclesiae cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus, videlicet areis, vineis, pratis, agris, campis, terris cultis et incultis, silvis | familiis ecclesiis, capellis, cellulis, castellis os ter scae confi necnon pre | vel et que postea . . . untur sive in Tuscia vel in Pentapolin vel in ducatu Spolitino et marca Firmana | in aliis omnibus locis nostri regni, ea videlicet ratione ut liceat abbati Adam cunctas prenominatas res iamdicti monasterii | secundum rectam consuetudinem ordinare, disponere et scriptiones quibuscunque voluerit facere iuste et legaliter, atque iniustas scriptiones factas disrumpere et secundum voluntatem sui animi ordinare | salvo videlicet censu ipsius ecclesiae monasterii. Atque si alio quoque tempore de omnibus prediis predicti monasterii orta fuerit contentio, liceat predictum abbatem qualemcunque voluerit advocatum conquerere | quod diffiniat et respondeat atque ordinet ea quae contra ecclesiam Dei aguntur ve basitiones conquerere et diffinire queat de his . . ve . . . p . . . ati monasterii pertinent. Precipientes | denique iubemus, ut nullus dux, marchio, episcopus, comes, abbas, vicecomes, sculdascio, gastaldio nullaque nostri regni magna parvaeque persona prefatum abbatem de predictae ecclesiae monasterio sanctae Mariae vel de cunctis | (que) d(iximu)s (rebu)s divestire, inquietare (molestare) audeat vel presumat. Iubemus insuper ut nullum publicum obsequium exiguitur (!) ab his qui super res et proprietatem atque libati monasterii resident, | sed omnem publicam functionem sicut rectum est prefato abbati persolvant. Si quis autem huius nostri precepti paginam violare voluerit, sciat se compositurum auri optimi libras centum, medietatem camerae | et medietatem sepedicto abbati eiusque successoribus. Quod ut verius credatur diligentiusque ab omnibus observetur, hanc paginam propria manu corroborantes sigilli nostri | impressione eam inferius insigniri precepimus.

¹ Adelbertus cancellarius vice Petri episcopi et archicancellarii recognovi et subscripsi.

Data . . Nonas Novembrium (!) anno dominicae incarnationis DCCCCLXXXII; ² indictione XI; regni vero domni secundi Ottonis XXV; (imperii) eius XV; Actum Capuae feliciter. Amen. ³

1) Die Subscription mit Monogramm ist ganz und gar herausgerissen. Siegel war ehemals neben der Subscription vorhanden. Die Recognition war natürlich in verlängerter Schrift ausgeführt. 2) Dieses —; — im Original einem z ähnlichen Zeichen gab zu einem Lesefehler in der Datierung Anlass. 3) Dies Wort ist in Unciale geschrieben. — Zur Bezeichnung des ae wechseln ae, e und Ligatur von a und e ohne Regel.